



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regvla CXXVIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

Bandem opinionem Rotæ sequitur Sebastia. Van. in tracta. de nullitate. senten. in Rubric. xj. de nullitate ex defectu mandati : pagina 223. nu. 130. Ripa in d. c. cum M. Ferrariensis. nu. 60. in fin. de constituto. Et ratio est propter gravitatem præiudicij: & in his in quibus requiritur speciale mandatum non admittitur coniunctus pro cõiuncto sine mandato: vt est text. in l. patri pro filio. ff. de minori. notatur in c. nonnulli. & in c. ex parte Decani. de rescrip. & in istis spiritualibus non potest sufficienter provideri per cautionem, vt notat gloss. in d. c. coram. Sed de rigore iuris hæc limitatio est verior secundum Ias. in d. l. exigendi. nu. 9. & Feli. in d. c. coram. nu. 6. pro qua opinione est tex. in c. accedens. de procura. per quem text. ita tenet August. Bero. in d. decisio. cxxxij. Iacob. de S. Geor. in d. l. exigendi. nu. 21. vbi dicit qd in practica durum esset tenere contra suam prædictam decisionem Dominorum de Rota. Porro coniunctorum, appellatione, qui veniant, ponit Paul. Paris. conf. 23. nu. 19. & conf. xlix. nu. 11. vol. ij.

Et circa hanc regulam vide xlviij. casus in quibus de iure requiritur speciale mandatum per Petr. Rebuff. in glo. concordat. in titulo de electionis derogatione. in glo. in verbo, speciale. pag. 59. col. j. c. vij. sequen.

REGVLA CXXIIII.

CONIUNCTA persona non potest recipere solutionem pro coniuncta sine mandato: vt probat text. in l. non solum. ff. solu. marit. & in l. ij. cum aliis. ff. vt in possessio. legato. & in l. qui hominem. §. gener. ff. de solutio. tenet Alexand. in l. exigendi. nu. 12. C. de procurat. & Roman. in singula. ccxxvij. Rip. in c. cum M. Ferrariensis. nu. 60. de constituto.

Hanc regulam amplia duobus modis, & limita quatuor modis, vt Ias. in d. l. non solum. a nu. 1. vsque ad nu. 8.

REGVLA CXXV.

CONIUNCTVS, consanguineus, vel vicinus, præsumitur scire facta coniuncti, cõsanguinei, vel vicini. Hanc regulam probat text. in l. octavi. ff. vnde cognata. & in l. de tutela. ff. de integ. restitu. mino. in l. si vicinis. C. de nup. in l. si ita. in fine. ff. de fundo instruat. & in c. quanto. & in c. quosdam. de præsumpt. & in c. nulli. l. iij. dist. & in c. qui & humanis. xij. q. ij. Circa quam regulam vide gloss. in c. paratus. in verbo, nescire. xij. q. j. Legistas in l. j. ff. si cert. petat. & in l. j. c. qui admi. Canonistas præcipue Abb. in c. j. nume. 2. de restit. spolia. Alexan. in consil. cxij. nu. 42. volum. ij. Soc. in consil. clxxxvij. nu. 22. vol. ij. Philip. Deci. in consil. xxxix. nu. 8. & in consil. ccvij. Hieronim. Gratum in consil. xxv. name. 7. & in consil. j. nume. 4. vol. ij. Fel. in c. literis. num. 2. de præsumpt. Ias. in l. is potest.